



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis  
Leniendæ**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§.8. Quàm sit immensa Dei misericordia?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)

**S**Hiero-  
nymus.  
serm. de  
Assumpt.

specie eius in charitate. Quia teste S. Hiero-

Dan 9.24,  
Dan 9.24,

nymo, gratia omnes, qua diuisim alijs San-  
ctis sunt data, Maria fuerunt simul plenissima  
concessae, eò quod ex ea nasciturus esset au-  
ctor ipse gratiarum Christus, qui ut ipse  
est Sanctus Sanctorum, voluit ut Mater sua  
esser Sancta Sanctorum, hoc est, ut in omni  
genere & gradu virtutum & gratiarum ex-  
celleret, adeoque etiam in charitate proxi-  
mi, quæ ex Dei charitate resultat, fuitque  
tanta in ipso conceptionis momento, ut  
Angelos, & ipsos Seraphinos superaret. Ita

Hebr.1.4. enim erat digna Dei Mater, digna Angelorum regina: tanto melior ipsis Angelis, san-  
ctiorque effecta, quanto excellentius pra illis  
(qui serui solùm & ad ministeri in domo eius  
futuri erant) nomen erat acceptura, scilicet  
*Matri Dei*. Ibi ergo cursum suum cœpit,  
quod Angeli suum produxerant & absolu-  
runt. Si ergo viuere incipiens jam tot ha-  
buit gradus charitatis, misericordiæ, & cle-  
mentiæ, quot in cælo Beati Angeli, eosque  
semper auxit, immò duplicauit, & condu-  
plicauit; quantam jam in cælo misericor-  
diam possidebit?

VIII. Nemo jam miretur, si Petrum tam gran-  
Quam sit dem peccatorem, tam inueteratum, & de-  
speratum

speratum patrocinio suo juuit. Charitati IMMENSA  
 illius nulla potest iniquitas comparari; cu-  
 pit enim illa, exemplo Filij, omnes, quales,  
 & quantoscumque peccatores, saluos fieri; 1. Tim. 2.  
 & à nullo retrahit suam charitatem. Ex 4.  
 qua vltérius licet ascendere ad illam diui-  
 nam immensamque Christi misericordiam,  
 charitatem, & bonitatem. Quid multis  
 opus? infinita est. Hinc quid mirum, si Pe-  
 tro tam desperato, si latronibus, si adul-  
 teris, si Sodomitis, si Veneficis & Magis,  
 qui illum toties abnegauerunt, potest ig-  
 noscere? Ut vna scintilla in totum Ocea-  
 num incidens, illico absorbetur & extin-  
 guitur, ita in immensum illud mare miseri-  
 cordiae, quidquid incidat peccati, absor-  
 betur. Cogita animo maximum peccato-  
 rem, cogita fandos, infandos, idololatras,  
 atheos, dæmoni mancipatos, cogita to-  
 tum cumulum peccatorum, quæ à sæculo  
 commissa sunt, per omnes homines im-  
 pios, per omnes dæmones & damnatos in-  
 inferno; si ea omnia sclera unus homo fe-  
 cisset, tamen nihil essent ad infinitam Dei  
 misericordiam comparata; longè illa ad-  
 huc maior est; parata est ignoscere, si velint  
 ad eam confugere peccatores; patienter

Dei misericordia  
et dilectionis

I 5 expectat

## 138 Cap. V. Petri conuersus exemplo

**Mich. 7.** expectat pœnitentiam eorum, cupiens proi-  
**12.** cere in profundum maris omnia peccata no-  
*13.* stra, est enim, ut dixi, quidquid ubique pec-  
 cati admissum est ab omnibus, instar scine-  
 tillæ in pelagus cadentis, si cum misericor-  
 dia Dei conferatur undeque infinita,  
 quæ meritò profundum maris appellatur.  
 Est enim immensa profunditas misericor-  
 dia diuinæ. Venit etiam peccator in pro-  
 fundum, & numquam venit ad terminum  
 malitiae, dum viuit, potest enim semper  
 profundiùs descendere: unde ait: *Infixus  
 sum in limo profundi: & non est substantia. Veni  
 in altitudinem maris: & tempestas demersit  
 me.* Sed quocumque descenderit, & unde-  
 cumque orauerit: *De profundis clamaui ad  
 te, Domine;* semper adhuc profundior est  
 misericordia diuina, quæ fundum non ha-  
 bet; nequit exauriri.

IMMENSA  
 MISERI-  
 CORDIA  
 ALLICI  
 HOMINES  
 AD POC-  
 NITENTI-  
 AM.  
 Ossee. 13.

¶

Quam inexcusabiles igitur erunt, qui  
 hanc tantam Deiparæ, immò qui infinitam  
 Dei misericordiam audiunt, credunt, &  
 tamen negligunt, aut adhuc desperant?  
 Nonnè illis dici poterit: *Perditio tua Israël!*  
 Nonnè isti digni sunt mille gehennis? qui  
 non jam de tot peccatis, quotquot um-  
 quam commissa sunt, conscientij, sed ob fur-  
 tum